tem ieiunia fame[m] carceris flagella suppl[ic]ia. in semet ipsum exclamat: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? tute pu tas securam te esse debere? Caue queso ne quando [et] de te dicat Deus: Virgo Is[rae]l cecidit, non est qui suscitet eam. Audenter dicam: cum omnia possit Deus, su scitare uirginem non potest post ruinam. Valet quidem liberare de pena, sed non ualet coronare corruptam. Timeamus illam prophetiam ne in nobis impleatur: Virgines bone deficient. Obserua quid dicit: Virgines bone deficient, quia sunt [et] uirgines male. Qui uiderit, inquit, mulierem ad concupiscendum eam, iam mechatus est in corde suo. Periit ergo [et] mente uirginitas. Iste sunt uirgines male, uirgines carne, non spiritu, uirgines stulte, que oleum non habentes excluduntur a sponso. Si autem [et] ille que uirgines sunt ob alias tamen culpas uirginitate corporum non saluantur, quid fiet illi que prostituerit membra Christi [et] mutauerit templum Spiritus sancti in lupanar? Illico audient prophetam dicentem: Descende, sede in terram, uirgo filia Babilonis; sede in terra, non est thronus filie Chaldeorum; non uocaberis ultra mollis [et] delicata. Accipe molam, mole farinam, discoperi uelamentum tuum, denuda crura tua, transi flumina, reuelabitur ignominia tua, apparebunt obprobria tua. Et hoc post Dei filii thalamum, post oscula fratruelis [et] sponsi, illa de qua quondam sermo propheticus concinebat: Astitit regina a dextris tuis in uestitu deaurato circumdata uarietate, nudabitur [et] posteriora eius ponet in faciem ipsius. Sedebit ad aquas solitudinis, [et] posito uase diuaricabit pedes suos omni transeunti [et] usque ad uerticem polluetur. Rectius fuerat hominem subisse coniugium, [et] ambulasse per plana, quam ad altiora tendentem in profundum inferni cadere. Non fiat, obsecro, ciuitas meretrix fi delis Sion; ne post Trinitatis hospitium ibi demones saltent [et] sirene nidificent [et] ericii. Item Augustinus de uera fide. Corpore intacto castitas non nunquam amittitur.

Nec solo tactu [et] affectu, sed aspectu quoque appetitur [et] appetit concupiscentia feminarum. Nec dicatis uos habere animos pudicos, si habetis oculos inpudicos, quia inpudicus oculus inpudici cordis est nuntius, [et] cum se inuicem sibi [et] tacente lingua conspectu mutuo corda nuntiant inpudica, [et] secundum concupiscentiam carnis alterutro delectantur ardore, [et] intactis ab inmunda uiolatione corporibus fugit castitas ipsa de moribus. Item Augustinus. Adulterium perpetratur cum uel innupta concupiscitur.

Qui uiderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mechatus est eam in corde suo. Quia enim generali uocabulo adulter mechus dicitur cum non aliena coniux, sed mulier uideri prohibetur, aperte Veritas ostendit, quia etiam solo uisu cum turpiter et innupta concupiscitur, adulterium perpetratur.

Quod tamen plerumque ex loco uel ordine concupiscentium discernitur, quia sicut hec in sacro ordine studiosa concupiscentia sic illum adulterii inquinat culpa. In personis tamen non dissimilibus id luxurie distinguitur reatu. §. Quamuis autem uiolenter oppressisse pudicitiam non amisisse, incontaminatis tamen se non audeant exequare uirginibus. Vnde Leo papa. Que opprimuntur incontaminatis se uirginibus conparare non audeant.

Ille autem famule Dei que integritatem pudoris oppressione barbarica perdiderunt, laudabiliores erunt in humilitate ac uerecundia, si se incontaminatis non audeant conparare uirginibus. Nam cum omne peccatum ex uoluntate nascatur, [et] potuit corruptione carnis mens inuicta non pollui, minus tamen his illud oberit, si quod potuerunt animo non admittere, se doleant uel corpore perdidisse. §. Cum ergo hec que uiolentiam passa est pudicitiam amisisse probari non potest, nullo modo conuincitur fornicationis uel adulterii crimen incurrisse. Vt enim Augustinus ait in libro de bono coniugali, adulterium committitur cum uel proprie libidinis instinctu uel alieno consensu cum adultero uel adultera contra pactum coniugale concubitur, atque ita frangitur fides, que in rebus corporeis [et] abiectis magnum animi bonum est, [et] ideo eam saluti quoque corporali, qua etiam uita ista continetur, certum est debere preponi. Item Ysidorus super Exodum. Mechatus quilibet preter matrimonium.

Non mechaberis, id est, nec quisquam tuo foedere miscetur. Preter matrimonii federa aliis feminis misceatur.

ad explendam libidinem eum. Nam adulterium facit qui preter suam ad alteram accedit. Item Aug. de adulterinis coniugiis. Qui vivente uxore sua alteram cognoscit adulterium committit.

Proximum tamen nemine reluctante adulterum esse qui vel diu languente vel diu absente vel continenter vivere cupiente uxore sua alteri commixtus femine est. ¶ C. Augustinus. Nec horum mixta deprehendantur fuisse quia nec pro libidinis instinctu nec aliene consensu nec viro suo languente vel absente vel continenter vivere cupiente alii adhesit, sed violenter aliena libidine oppressa vim pertulit, apparet quia nec adultera nec fornicaria dici potest. Unde nec aliqua occasione valet dimitti. Cum enim in domino quereretur utrum liceret homini dimittere uxorem suam quacumque ex causa, respondit eis: Non legistis quia qui fecit eos ab initio masculum et feminam fecit eos? Quod ergo Deus coniunxit homo non separet. Deinde sermonem suum ita conclusit ut diceret neminem posse dimittere uxorem suam excepta causa fornicationis. Hinc apostolus ait in epistola ad Corinthios: His qui matrimonio iuncti sunt precipio non ego sed dominus uxorem a viro non discedere. Unde datur intelligi quod qualiscumque fuerit vir et uxor, ex quo coniugali affectu sibi adheserint ulterius ab invicem discedere non valent. Unde Ambrosius in exameron titulo diei quarte scribit: Qualiscumque sit vir ex quo semel placuit non est dimittendus.

Horridus in cultus est vir; semel placuit. Numquid vir alius eligendus est? Comparem suum equus diligit, et si mutetur alius trahere iugum nescit compar alterius, et se non totum putat. Tu iugalem repudiasti thorum, et sepe putas mutandum. Mutua et sui immodestie dic superducis rivalem, et statim incognitam causam quam cognita pudoris exsequeris suum. Item Aug. Sic intelligitur de uxore intelligitur.

Si uxorem quis habeat sterilem sive corpore deformem sive debilem membris vel cecam vel surdam vel claudam vel si quid aliud sive morbis sive laboribus doloribusque confectam et quicquid excepta fornicatione cogitari potest vehementer horribile pro societate fideque sustineat. Item ieronimus ad oceanum de morte fabiole. Non licet uxorem a viro dimitti nisi causa fornicationis.

Precepit dominus uxorem non debere dimitti excepta causa fornicationis et si dimissa fuerit manere innuptam. Quicquid viris iubetur, hoc consequenter redundat ad feminas. Neque enim adultera uxor dimittenda est et vir moechus tenendus est. Item aput nos quod non licet feminis eque non licet viris, et eadem servitus pari conditione censetur. Item ex concilio tolletano XII. Communione privetur qui extra fornicationis causam uxorem suam dimittit.

Preceptum domini est ut excepta causa fornicationis uxor a viro dimitti non debeat. Et ideo quicumque extra culpam criminis superdicti uxorem suam quacumque occasione reliquerit, quia quod Deus iunxit ille separare disposuit, tamdiu ab ecclesiastica communione separatus et a cetu omnium christianorum maneat alienus, quamdiu societatem relicte coniugis simul amplectatur et foveat. Itaque qui iam admoniti a sacerdote semel et bis et ter ut corrigantur ad suae coniugis noluerint redire consortium, ipsi se suis mittis a palatine dignitatis officio separabunt, et insuper generose dignitatis testimonium quamdiu in culpa fuerint amissuri sunt. Quia carnem suam dissidii iugulo trucidaverunt. Item Nicholaus ad consulta Bulgarorum.

Quicquid mulier contra te cogitaverit vel si te accusaverit non est excepta fornicationis causa relinquenda vel pro sui odio hinc abicienda. ¶ Sed ecclesia cum sit par utriusque conditio atque communicantes ipsi cum adulteris uxoribus non conveniant, cum esse uxores in consortio adulterorum virorum in manere videamus. Vel Innocentius papa scribit. In utroque sexu adulterium pari pena punitur.

Adulterium in utroque sexu pari ratione condempnat christiana religio. Sed viros suos mulieres non facile de adulterio accusant, et non habent latentia peccata vindictam. Viri autem liberius uxores adulteras apud sacerdotes deferre consueverunt, et ideo mulieribus prodito earum crimine communio denegatur. Viror autem latente commisso non facile quisquam ex suspicionibus abstinetur. Qui tamen submovebitur, si eius flagitium detegatur.

J. c. q. vii. Nec furiosus.
J. c. q. vii. c. Quod proposuisti.
J. c. q. vii. Bulgari.

[illegible]
[illegible] in [illegible]
soluere [illegible] peccatum [illegible] p
ipsius gram qui eam sanguine acquisiuit so
lutus sis in celis. Sed aut alit fecis. et te matris ec
clesie tam salubrem admonitionem desperentis.
ipse t sis t iudex. 7 in laqueo diaboli quo irreti
tus es tenens permanebis. Sanguis tuus sup caput tuum.
Nos autem a consortio tuo p aliorum filiorum
ecclesie salute ipso opitulante omni sollicitudine
nitimur desudare. 7 diuinam clementiam attentius
conuenit implorare. Item aug de adulterinis coniu
gus. l. ii. Potius uxorem uiui enteque ursali dii
Si quod uerius dicitur. quia humanum sanguinem fundat.
non licet homini xpiano adulteram coniugem oc
cidere. sed tantum dimittere. quis est tam demens qui di
cat ei. fac quod non licet. ut liceat t quod non licet.
Cum enim utrumque sed legem t illicitum sit. siue
adulteram occidere. siue alteram ducere. illo uiuen
te. ab utroque est abstinendum. non illicitum p illici
to faciendum. Si enim facturus est quod non licet. iam fa
ciat adulterium. 7 non faciat homicidium ut ui
uente uxore aliam ducat. non humanum san
guinem fundat. Item In penitentialibus auctoritatibus
quibus pinbentur adulteras coniuges suas occi
dere. sed post vii. annorum penitentiam permittuntur eis
illas ducere. Si autem illas interfecerint. iubentur
sine spe coniugii perpetuo manere. non forte post
vii. annorum penitentiam propter lapsum iuue
nilis incontinentie admittimus [illegible] contra
hendi eis non impedatur. Clerici autem conce
dimus si uxores eorum peccauerint. sine morte sacer
dotale habere eas in custodia 7 ad ieiunia eas
cogere sed non usque ad necem affligere. Unde in tol
cocil. i. leg. Clerici si uxores eorum peccauerint preter
necem eas domi custodiant 7 ad
salutaria cogant ieiunia.

Placuit ut si quorumque clericorum
uxores peccauerint. ne forte licentiam peccandi
amplius habeant accipiant mariti earum hanc
potestatem preter necem. custodiendi. ligandi in
domo sua. ad ieiunia salutaria non mortifera
eas cogentes. ita ut inuicem sibi clericis pauperes au

[illegible] [illegible] [illegible]
sonte [illegible] in [illegible] [illegible]
Sed cum queritur [illegible] con
stitutum ut post vii. annos penitentie in pri
num statum reuocentur. Ut in Hilerdensi sinodo
et dormis ad maxonem epm. Quare sit insti
tutum post vii. annos in pristinum statum pe
Hoc ipsumque canonum censura iure redire
post vii. annos peracta penitentia in statum
pristinum permittuntur. non clementer arbitrium sed
post ex sententia diuini iudicii sancitum. Sic
legimus quod maria soror aaron prophetissa dum de
tractionis adulterum moysen incurrisset delicti
illico stigmate lepre percussa est. Cumque peteret
moyses ut emundaretur. precepit ei dominus
extra castra vii. diebus egredi. post emundationem
rursus eam in castra admitti. Maria quoque soror
aaron caro intelligitur sacerdotis. que dum sup
bie dedita sordidissimis cogitationibus macu
culatur contagiis. Extra castra vii. diebus id est
extra collegium sancte ecclesie vii. annis priuatur
ut post emundationem ipsius loci t pristine
dignitatis recipiet meritum. 7 post pauca in fine
autem epistole. Hoc addito edicimus putatum ut quotiens
episcopi in gestis conciliorum discors sententia inue
nitur illius magis teneatur sententia. cuius
antiquior aut potior exstat auctoritas. Hec
quamquam de sacerdotibus uideatur specialiter dicta
generaliter tamen de omnibus penitentibus oportet in
telligi. Adimitationem namque illius diuine sententie
dicit de homicidio 7 adulterio reprehensis. vii.
ebdomade ieiunium in satisfactionem ad
missi sceleris deo legimus obtulisse. Hinc est ecclesiasti
ca consuetudine est usurpatum. ut maiorum
criminum penitentia vii. annorum spatio concluda
datur. Non t officii excellentia. t criminum magnitu
do uulgarem consuetudinem excedes. uelut
dum contra naturam humane societatis p
rentibus t liberis. talis est cum memoratis personis
adheremus. t derelicto naturali usu in p
more sodomitico fornicamur. t usque [illegible]
brutorum animalium polluimur. t p [illegible] spatiu

S. di. xxxiii. ce. Si laici. Scdo. Hi in clericatu ibi in laicatu.

S. C. xii. q. i. Dilec.

S. C. xxvii. q. c. u. b.

S. [illegible] q. vii. [illegible] SE.

BIBL UNIV HELS Mscr.

CA

tum concedere cogatis? qui penitentibus quamvis ... generaliter post penitentiam peractam coniugia concedantur. Generaliter enim canonica auctoritate penitentes prohibentur ad secularem militiam redire vel matrimonium contrahere. Unde Siricius papa.

Penitentes matrimonia contrahere prohibentur.

De his vero non incongrue dilectio tua sedem apostolicam credidit consulendam, qui acta penitentia tanquam canes et sues ad vomitus pristinos et volutabra redeuntes et militie cingulum et ludicre voluptates et nova coniugia et inhibitos denuo appetivere concubitus, quorum professam incontinentiam generati post absolutionem filii prodiderunt. De quibus quia iam suffugium non habent penitendi, id duximus decernendum, ut sola intra ecclesiam fidelibus oratione iungantur, sacre misteriorum celebritatibus quamvis non mereantur intersint, a dominice autem mense convivio separentur, ut hac saltem districtione correcti et ipsi in se sua errata castigent et aliis exemplum tribuant, quatinus ab obscenis cupiditatibus retrahantur. Quibus tamen quoniam carnali fragilitate ceciderunt viatico munere, cum ad dominum ceperint proficisci, per communionis gratiam volumus subveniri. Quam formam et circa mulieres que se post penitentiam talibus pollutionibus devinxerunt servandam esse censemus. ¶ Sed quia timore solvendi coniugii nonnulli ad penitentiam accedere differunt vel propter lapsum adolescentie quem formidant penitentie remedium suscipere negligunt, auctoritate canonica permittitur eis vel contracta matrimonia retinere vel alia contrahere. Unde Leo papa scribit Galerio episcopo Ipolitano.

Ex indulgentia post penitentiam legitima non negentur coniugia.

Audivimus a quibusdam quod in nostris diocesibus et finibus christianorum ceteris levi occasione se subtrahunt penitentie iugo, dicentes quia si penitentiam agimus coniugii debemus relinquere copulam. In quo errant et devitatis calle discedunt, quia post omnibus illicitis penitentiam unusquisque christiani nominis cultor sustinere atque peragere summopere debet, dicente domino: Penitentiam agite, appropinquabit enim regnum celorum. Coniugium vero legitimum nulli ortodoxorum penitentiam sustinenti solvere licet. Et infra. Sacerdotes vos expetit admonere quis sedi oportet, ut erroris expiantur caligine et illicitis copulationibus iuncti de omnibus illicitis penitentiam agere pareant. Item Leo iiii.

Post lapsum iuvenilis incontinentie non negentur penitentibus licita coniugia.

In adolescentia constitutus si urguente aut metu mortis aut captivitatis periculo penitentiam gesserit, et postea timens lapsum incontinentie iuvenilis copulam uxoris elegerit, ne crimen fornicationis incurreret, rem videtur fecisse venialem, si preter coniugem nullam omnino cognoverit. In quo tamen non regulam constituimus, sed quid sit tolerabilius estimamus. Item Nicholaus papa Rodulfo episcopo sancte Argentetensis.

Hec penitentia est imponenda ei qui matrem occidit.

Latorem presentium ... matricidam esse cognovimus, cui precipimus ut sub penitentie iugo permaneat, ita ut per annum unum ecclesiam non ingrediatur, sed ante fores basilice stans, orans et deprecans dominum persistat, qualiter tanto eripiatur piaculo. Completo vero anni circulo introeundi licentiam in ecclesiam habeat, tamen inter audientes stet et nondum communicet. Completo autem triennio annorum curriculo sacre communionis illi gratia concedatur, tamen oblationes suas non offerat nisi prius aliorum vii annorum curricula expleat. In his autem omnibus annis atque temporibus carnem non manducet nec vinum bibere presumat, exceptis festis diebus atque dominicis, et a pascha usque pentecosten. Et quocumque ire voluerit nullo vehiculo deducatur, sed pedibus proficiscatur. Arma vero non ferat nisi contra paganos. Ieiunet autem iii diebus per ebdomadam usque ad vesperam. A propria ac legitima coniuge non separetur, ne in fornicationis voraginem corruat. Quod ne fiat optamus. Si autem ante annorum tantum cursum finis vite illi appropinquaverit, corporis et sanguinis domini nostri Ihesu Christi particeps fiat. Si in autem ut superstatum effectuat. Tu non solum illius conversionem lacrimarum fontem in omnibus videris floridis actibus et optimis operibus pullulare, humani circa eum sollicitudo pervigil appareat ministerii, teque omnibus demonstret. Item post penitentiam